



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 25. Judæi vexati, eorumque ædes combustæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI.

A.C. 1589.

rabant, quippe præterquam, quod hic infelix iniqua fane dexteritate aliena bona sibi vendicare nosset, in supermetam adulterandi, & decurtandi artem inveniebat, unde stipendia militum, aliorumque Ministrorum salaria plurimum imminuebantur: hac ergo occasione ejus adversarii opportune utentes in ipsum Prætorianos concitabant, quorum ad quinque millia facto agmine palatium regium circumstant, quarta nonas Aprilis Ibrahimum ad poenam deposcentes, petentesque, ut rei monetariæ vitium emendaretur. Ad subitum strepitum Sultanus excitatus, licet amplissimis promissis eos placare fatageret, illos tamen adeo non continere poterat, ut etiam jamjam extrema moliri parati essent, quapropter Amurathes habito cum fidelioribus Ministris consilio sese flectere passus, invitatus licet, carissimum clientem suum eis tradidit, quem Prætoriani quanto citius spectante innumera populi frequentia capite truncarunt.

§. XXV.

Judæi vexati, eorumque cedes combustæ.

Thuan. l. 96. Vix sopita erat hæc Prætoriani militis seditio, cum illico non minus fatalis succederet eventus, ad quem ansam præ-

præbuisse credebantur illi, qui Amurathem sui clientis necem ulturum veritatis novis turbis materiam quærebant, ut per eas prioris motus memoriam deleverent, quippe igne sive injecto in Judæi domum, sive fortuito enato, late incendium in vicinas Judæorum domos spargi cœpit, cum vero eorum opes teloneis, & portoriis a Sultano redemptis in immensum crevissent, quibus jam pridem prætoriani, genus hominum prædæ avidum, inhiabant, hinc ad eum casum quasi classico vocati accurrunt, aut ex incendii occasione Judæorum domos expilaturi, aut eo restincto propter suam diligentiam præmium acceptaturi: igitur deleta eorum solertia incendio, cum donum a suo Belliduce poscerent, hic vero illud perfractæ ipsis negaret, ac insuper recentem seditionem illis amare exprobrans eorundem protervia factum assereret, ut ignis accenderetur, mox Janissari hac interpretatione exacerbati pristinos animos resumunt, & ignem extinctum jam aperte accendunt, qui ventilante aura glomeratus, cum nemo propter prætorianorum insolentiam auxilio accurreret, tria millia domorum brevi tempore depastus est: porro inde ad prædam versi, Hebræorum domos diripiunt, & nullo non avaritiæ, & libidinis genere in obvios quosque sæ-

Hist. Eccles. Tom. LI.

D viunt

Sæcul. XVI.
A.C. 1589.

Sæcul. XVI. viunt, nec Bosniæ Præfectus, seu Ba
A.C. 1589. fa a Sultano in opem missus furentium
 militum licentiam reprimere valuit, in
 cendium tandem restinquebatur non
 ope humana, sed ponente vento, &
 dirutis vicinis domibus, cum non ha
 beret, unde aleretur, quinquies te
 men centies aureorum millibus ja
 ctura ea æstimata fuit.

§. XXVI.

*Mauri Tripolitani in Turcas seditio
 nem conflantes.*

Tab. 1. 96.

Nequid calamitatum cumulo deesset
 Mauri etiam Tripoli, & in Barba
 ria habitantes Mense Junio seditio
 contra Turcas mota illos urbe expelle
 bant, cæsis eorum quamplurimis: In
 vero, qui hanc lanienam evaserant, ad
 vicinam munitionem se receperunt.
 protinusque Constantinopolim quosdam
 miserunt, qui, quid actum esset, de
 cerent, & auxilia adversus rebellantes
 Mauros quamprimum, antequam ma
 lum latius serperet, submitti peterent.
 Vicissim Mauri Melitam ad Hierosoly
 mitani Ordinis Principem scribunt, &
 suppetias adversus Turcas postulant, fi
 dem, & obsequium jurato polliciti, si
 contra communem hostem defenderentur,
 atque in ejus præsidium reciperentur:
 itaque a supremo Ordinis Magistro, qui